

EPIGRAMMA AD AMICVM.

Hanc tibi compegi breuibus charissime chartam
(Quū sis alter ego) ductus amore tui
Siqua videbuntur, nullo tibi dicta magistro
Hec volo non vatem dedecuisse putas

Elegia de salutifera mortis recordatione
ad quendam sacre theologie licentiatum.

Nocte dieq; manus licet irrequieta laboret
Mors habeat memori frigida mente locum
Peruigil ethereas artus positure sub auras
Insonet auriculis: surge sepulte tuis
Quū (licet assidue) stomacho suadente recumbas
Anguibus intortis fercula ferre puta
Et quū mēbra toro rursus defessa reclines
Te quasi defunctum laxeā tumba preimat
Ne rogo tam fœlix vnq; preteruulet hora
Quo te non reris tempore posse mori
Morte quidem penitus nihil exploratius ipsa
Atq; magis certi nil habet omnis homo
Verum dissolui tempus quo quēq; necesse est
Sola valent rapidi dicere fata poli
Quicquid terra ferax, quicquid parit equoris vnda
Mors rapit & vacuo quicquid in orbe patet
Nunc gladio, nunc igne vago, nunc marte sinistro
Mille modis, hominum perdere docta genus
Non opus est digitis citharam lassa reduncis
Edocet hec varijs pagina scripta locis
Quē si cuncta velim blando perstringere plectro
Vix daret optatas labilis hora moras
Te gerit immemori nunq; sub mente repostum
Sed pede non tardo concomitatur iter
Etsi nestoreos lachesis tibi neuerit annos
Incipies tandem de breuitate queri
Ne te decipiatur prime lanuginis etas
Promittens longos viuere posse dies
Sepe quis illisa preceps ceruice rotatur
Credit ubi fixum deposuisse pedem
Haud secus ac tenues zephyris mulcentibus auras
Fertilis irriguis exilit arbor agris
Quē postq; lodos borea reparauit amictus
Spondet odoriferas gignere velle rosas
Eolus irrupto sed ubi de carceris antro

Forte mīsembrīaco fūderit āxe notos
 Quē debere legi mordacis tempore cancerī
 Ante videbantur sēpe repente cadunt
 Perq̄ terribilis o mors & amara togatis
 Semper & assidue tristis īmago tui
 Prohdolor hectoreis non est quis tutus in armis
 Nam tua echidneo spicula felle madent
 Constat alexandrum post multa pericula vite
 Viribus inuitum succubuisse tuis
 Fūtem quo stygias domuit tirynthius vmbreas
 Teq̄ minus valida surripuisse manu
 Conditur exigui cēsar sub īmagine fundi
 Factus auerneo vīctima grata ioui
 Nil prodest domuisse feros.superasse sycambros
 Qui tandem voluit vīctus inisse fugam
 Quid sermone moror genitum de vīrgine christum
 Verbigenam legimus pertimuisse mori
 Lanigerum rapidus leso pastore necesse est
 Dente venenifero turbet ouile lupus
 Singula distracto patientur mēbra cerebro
 Et seruus vīcto principe morte cadat
 Nunq̄ se prestet adeo fortuna secundam
 Quo non rere iouis fulmina posse iaci
 Exemplo tibi sit phæton clymeneia proles
 Axis apollinei precipitatus equis
 Assyrīq̄ ducis quondam caput ense reuulfum
 Mane tethel phares verificantis opus
 Si tibi spem vite rhānusia falsa ministret
 Luminibus videas astyanacta tuis
 Mathusalem nitidis rogo sit prelatus ocellis
 Qui tibi deberi sēcula multa putas
 Spes te falsa rotat,iuueni si colchidos arte
 Aut fidas fieri de seniore parem
 Aut ope si credas tetri phlegetontis ab oris
 Phebee sobolis flectere posse gradum
 Aspice>nulla valent hecateia carmina,& herbis
 Tisiphone vires.quas dedit ante negat
 Credē soporifere biberis si pocula ripe
 Non dimitteris herculis inde manu
 En generum cereris piceum deflectere ditem
 Tota lapilliferi nescit arena tagi
 Auro si flecti nitido nigra numina possent
 In viuis essem crese superstes adhuc

Iam mendicat aquas biberat qui massica quondam
Quo vereor partem diuite diues habes
Attalicis opibus nescit malefida moueri
Nam nihil exemptum syncopa mortis habet
Illiū occubuit iaculo dominicus vncō
Summus honorate religionis apex
Et si te legimus o mors secuisse parentis
Imtempstuo tempore falce caput
Spiritus ethereas postq; tamen iuit ad auras
Ulterius poteras iuris habere nihil
Occidit albertus. obijt quoq; diuus aquinas
Quo vix in terris doctior alter erat
Tempore deficiam casus si persequar omnes
Vixq; capit carmen nomina nuda meum
Quid iuuat hic dubie volitare per ora phalangoꝝ^e
Et cocytis voluier vsq; focis
His trahere velim nam summa est philosophia
Semper & assidue discere posse mori
Fœlix quippe nimis. & ab omni parte beatus
Alterius casus quē facit esse catum
Hec breuibus cecini quę cetera multa supersunt
Ludere q̄̄ valeam docte euerarde potes
¶FINIS

¶ Ad spectabilem & magnificū virū dñm Henricum Zelen
decretor̄ doctorē Canonicū & officialem Coloniensem.
Carmen heroicū sexaginta tribus versibus ingeniosissime exa
stum. qui si sparsim ponātur (quū idem p̄ omnes litterarū sit
numerus) taliter sua loca vendicabunt ut imagines christifere
virginis cum puero saluatore. Stelle quoq; vtriusq; indicis.
Ac magoꝝ triū aptissime representent. Habet & ipse imagines
mysteria in se litterar̄ sententiā tamen versus directe currentis
minime mutatia. In stelle figura habetur illud psalmographi.
(Exortū est in tenebris lumen) In virginis marie imagine. Salu
tatio sedulij (Salve sancta parens enixa puerpera regem qui cœ
lum terramq; regit per saecula solus) Regis imago a dextris po
siti hunc versus cum hemistichio continet (Meltior e patrio
bethlehem lare protulit aurum. Quo rex signatus) In opposi
ta regis imagine hic versus habentur. (Caspar tura dedit qui
bus est deus insinuatus. Transiit oblato munere rursus iter)
¶ In terciū vero regis imagine hic versus. (Balasar adduxit
myrrham qua significatur) & hoc complexum (homo mor
alis verus). In singulis autem dictionibꝫ tam intra q̄̄ extra